



Crisis Theologica

In Qva Selectiores, Et Acriores hujus, et elapsi sæculi controversiæ,
subsecuturâ in Elencho legendæ discutiuntur

Crisis Theologica - In Qva Selectiores, Et Acriores hujus, et elapsi sæculi
controversiæ, subsecuturâ in Elencho legendæ discutiuntur

Casnedi, Carlo Antonio

Ulyssipone, 1711

Sectio Qvarta. Corollaria ex dictis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-84783](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-84783)

vere: en idem absurdum. Dein dico, quod eo ipso quod certo probabile iudicium formet, quod gabellæ sunt iustæ, eo ipso sicut ut conductor potest eas exigere, ita ut debitor teneatur eas solvere; nec enim potest ut conductor formare iudicium probabile de gabellarum iustitiâ, & ut debitor formare aliud probabile de earum iniustitiâ, nam in hoc adest mala fides, & refistit lex naturalis, Quod tibi non vis, alteri ne feceris, statuendo sibi unam legem, & oppositam aliis.

N. Ad 3. dico contra certum nil dari probabile; cum ergo certa lex detur credendi, quod Deus, & visibiles Fidei regulæ credendum proponunt, & quidem ad eo modo credendum, quo nos obligant, ideo nulla est Heterodoxorum, etsi sapientum, probabilitas; nullus pretextus credendi in particulari quæ sunt de necessitate mediis; & in generali alia, quæ de necessitate præcepti; sed in particulari ea omnia credenda sunt, quæ Ecclesia Catholica vult, ut in particulari credantur.

N. Ad 4. dico jure canonico vetari, ut ipse 159. P. Scildere n. 124. fateatur, ne quis ineat matrimonium, nisi mors primi conjugis certo constet.

SECTIO IV.

Corollaria ex distis.

§. I.

Aliqua.

SUMMARIUM.

Probabilioristarum principia obedientiam impossibilitant, n. 160.

Nulla materia tot dubiis subjecta, quot obedientia, n. 161.

Inductio, & Doctores, ib.

An subditus putans probabilius illicitam rem præceptam, teneatur parere, n. 162.

DD. ibid.

Tenetur, cur? n. 163. 164.

Sola peccati certiudo in re præceptâ excusat ab obedientia, ib.

Intellectus facile in suâ opinione à proprio amore illuditur, n. 164.

Suppositis Probabilioristarum principiis, impossibilis obedientia, n. 165.

Confessor auditis peccatis tenetur absolvere penitentem, si hujus opinionem putet certo probabilem, n. 166.

DD. n. 167.

Absolvendus moribundus, si datur opinio certo probabilis de licentiâ, ib.

An conditio à Confessore exprimenda? ib.

Plerique Probabilioristæ timentur, quod Confessor

possit absolvere penitentem oppositum opinionem, n. 168.

Offendo posse, sive retentâ, sive dimissâ propriâ opinione, ib.

Si non posset, nec Thomista, nec Scotista se minus absolvere poterunt, ib.

Ut se habet tutum ad tutius, ita probabile ad probabilius, n. 169.

An Confessor sub mortali, aut veniali teneatur penitentem, auditis peccatis, absolvere? 170.

DD. ibid.

Mea mens, ib.

Confessor iudicans penitentis opinionem certo improbabilem, nequit eum absolvere, n. 171.

PRimum corollarium est oculare obedientiæ emolumentum, & summa parenti di facilitas persistentibus Probabilioristarum principiis: contra ingens parenti difficultas, persistentibus Probabilioristarum fundamentis.

Sanè vix aliqua est tot controversiis subiecta materia, ac est obedientia; ex gr. quaeritur, an Abbatissa possit in virtute obedientiæ præcipere? Negat P. Sanch. lib. 6. Sum. cap. 1. n. 17. & alii: affirmant P. Suar. tom. 3. de Relig. lib. 10. cap. 11. n. 20. P. Palao tract. 16. disp. 4. pun. 2. n. 3. M. Passerinus 2. 2. qu. 186. art. 8. n. 93. An Prælati teneatur exprimere causam præcepti, ut subditi teneantur obedire? Affirmant Peyrin. & alii apud Passer. l. c. n. 121. negant alii. An quæ supra regulam sint materia voti obedientiæ? Negat S. Thom. 2. 2. qu. 104. art. 5. Caietanus, S. Bonav. & alii cum M. Passer. n. 140. et si alii affirmet. An Prælati possit præcipere difficilia, & quæ, & quibus? An subditi in re dubiâ teneatur obedire? Quæ, & alia apud TT. citatos sæpe inter se oppositos, & M. Passer. l. c. n. 194. & n. 282. facile reperies. Sed quid plura? Sumo in exemplum præcipuam circa obedientiam controversiam, an subditus probabilius putans rem præceptam esse malam, possit, & debeat obedire?

Retuli supra num. 47. & 48. pro utraq. opinione plures; & modo præter DD. ibi citatos à me citatos, recito pro eadem opinione affirmante subditum posse, immò teneri obedire, et si rem præceptam probabilius iudicet esse malam; refero, inquam, eundem P. Suar. tom. 5. de Censuris disp. 4. sect. 6. & tomo de Legibus lib. 6. cap. 8. n. 6. P. Sanch. in Summâ lib. 6. cap. 3. P. Vasqu. 1. 2. disp. 62. cap. 6. P. Granado 1. 2. tract. 12. disp. 4. sect. 3. Bossium in Moralibus Variis part. 1. tit. 1. de Consc. opinativâ §. 24. an. 250. ad 281. Bartholom. à S. Fausto ex Reformatâ Cisterciensis Ordinis Congregatione in

Theatro

Theſaurus Religioſorum, ubi de Obediētiā præclare diſſert, qui omnes ſunt Probabilitatē: immo Caramuclem ſubdo, ſæpe à Probabilioris malè exceptum, in Dialecti de non Certitudine n. 515. dicentem, quòd Probabilioritæ docentes ſubditum obedire non poſſe, quoties quòd præcipitur eſt minùs probabile, turbare Monafteria, & Rempubli- canam Chriſtianam, cùm contans ſit ex doctrinā S. Bernardi, Monachum perfectum debere, aut ſaltem poſſe obedire Prælato in his, de quorum Divinā interdictione, nulla eſt certitudo; id eſt, quoties certum non eſt rem præceptam eſſe peccatum; & *mm.* 794. recitat S. Bernardi verba: quam opinionem citati DD. & P. Teril. de Reg. Mor. à n. 10. & à n. 30. & P. Suar. tom. 4. de Relig. lib. 4. cap. 15. ſolutis pro oppoſitā fundamentis, luculenter probant.

Ratio eſt patens; quia axioma SS. Patrum eſt, tunc tantum ſubditum excuſari ab obediētiā, quando quòd ei præcipitur, videtur certo malum; ſed quòd illi videtur probabilius tantum malum, non eſt ei certo malum; ergo tunc ab obediētiā non excuſatur; ergo adhuc eo in caſu parēre tenetur.

Præterea ſi quoties res præcepta videtur ſubdito probabilius illicita, ſubditus obedire non tenetur, vix erit caſus, in quo obedire tenebitur: cùm enim naturaliffimum homini ſit ſuum iudicium ſovere, & promovere; nec minùs homini congenium ſit, à voluntate propriā rapi iudicium, quò voluntas voluerit, ut rectè Ariſtoteles, qui decedit, quòd prout quiſque affectus eſt, ita iudicat; (quam iudicii induſtrioſam pertinaciam ego ſæpius impugnavi) facillimū erit intellectui juxta appetitum voluntatis propriæ rationem texere, & retexere, quibus res à Superiore præcepta videatur ſubdito probabilius mala: ergo ſi quoties res præcepta videtur ſubdito probabilius mala, ſubditus obedire non tenetur, vix erit caſus, in quo obedire tenebitur.

Ex hoc conſtat quòd obediētia quantum emolumentum à principiis Probabilitatum, tantumdem detrimentum à principiis Probabilioritarū haurit, ut ſatis oſtendi. Si enim, ut Probabilioritæ declamant, Probabilioritas notoria idem eſt, ac moralis certitudo: & ſi idem eſt minùs probabile, ac probabilius; idem probabilius, ac moraliter certum; idem minùs probabile, ac non probabile, & improbabile; apertè ſequitur, quòd nemo ex ſubditis, putans rem præceptam eſſe ſibi probabilius illicita, obedire tenebitur, quin nec poterit obedire; imò tenebitur non obedire. Qui enim parēre tenebitur, ſi quòd

Tom II.

præcipitur, eſt ſubdito certo malum, nam omne probabilius malum eſt certo moraliter malum? Qui poterit obedire, cùm quòd præcipitur, ſit ei certo moraliter malum? Qui non tenebitur non obedire, cùm omnis teneatur abſtinere ab opere certo moraliter malo? Ergo ſi idem eſt probabile, ac probabilius; ſi idem eſt probabilius, ac moraliter certum; ſi idem minùs probabile, ac non probabile, & improbabile, nullus putans rem præceptam probabilius illicitam, tenebitur, quin nec poterit obedire, immò omnis ille tenebitur non obedire.

Secundum eſt, quòd Confefſarius teneatur ſemper auditis peccatis abſolvere pœnitentem, ſi iudicet opinionem pœnitentis penes ſe certo probabilem, eſſi minùs; at ſi iudicet penes ſe certo improbabilem, niſi ex novā ſuperadditā circumſtantiā, aut mortis, aut graviffimi ſcandali iſtante neceſſitate, ea opinio certo improbabilis, fieret, ut ſæpe evenit, certo probabilis, aut probabilior, aut moraliter certa, non poterit Confefſor, juxta me, eum pœnitentem abſolvere.

Prima pars corollarii patet, & illam defendunt plures apud P. Sanch. lib. 1. Sum. 167. cap. 9. n. 29. Poteltatis in Examine Confefſariorum tom. 1. part. 1. n. 73. dicens, quòd pœnitens habeat jus eligendi verè probabilem, & ut ritè diſpoſitus abſolvatur; & Diana par. 2. traſt. 13. reſol. 11. Card. de Lugo d. 22. de Pœnitentiā ſect. 2. P. Suar. 1. 2. traſt. 3. diſp. 12. ſect. 6. P. Valqu. 1. 2. diſp. 62. cap. 4. P. Perez de Juſt. traſt. 1. diſp. 4. cap. 4. n. 68. Joan. Sanchus in Select. d. 33. n. 54. quos plurimis aliis recitatis, ſequitur P. Moya tom. 1. pag. 7. n. 7. & pag. 337. & tom. 2. traſt. 1. qu. 3. per totam. Sane mihi pro re quaſi certā ſatis clariffimus inter Thomiſtas M. Sotus, qui in 4. diſt. 18. qu. 2. art. 5. §. Unde argumentum. ait: Quamvis Sacerdos exiſtimet opinionem pœnitentis eſſe falſam, non tamen inde exiſtimare debet, ſibi non licere eum abſolvere, ſiquidem propter probabilitatem excuſatur à culpā. Hæc M. Soro vir inter Thomiſtas clariffimus. Ex quā comuniſſimā doctrinā ſequitur, quòd Confefſarius mortaliter peccabit, ſi non abſolvat moribundum, quoties juxta probatæ authoritatis Doctores adeſt certo probabilis opinio, quòd abſolvi poſſit: de quo ſolidè pro more P. Moya tom. 1. pag. 266. & ſequ. diſp. 6. per totam. An verò Confefſarius dubitans, teneatur ſub conditione expreſſā exteriùs abſolutionem impendere, an ſatis ſi mente eam concipiat, quæ tamen ſemper adeſt? nemo enim vult dare abſolutionem impoſſibilem,

Y ij

bilem, sed absolutionem, quam dare potest, hanc vult dare; quodcumque dicatur, parum interest, quia certum est semper adesse in Sacerdote conditionem implicitam absolventi, si potest. Qui plura petit, legat Card. de Lugo in *tomo de Pœnit. d. 22. P. Vafqu. Dianam 3. p. tract. 3. resol. 10. P. Moy. tom. 1. pag. 283. n. 42.* & Angelum Bossium *solidæ doctrinæ Doctorem*, qui in *Moral. Variis tit. 1. §. 24.* perfectè omnia digerit.

C. de Lugo.
P. Vafqu.
Diana.
P. Moy.
Bossius.

N.
168.

M. Luccion.

Quare non video, quòd cum classica opinio penes ferè omnes TT. sit, quòd Confessor licitè absolvat pœnitentem contrariū opinantem; quam sententiam, ut innui, plerique etiam ex Probabilioristis sequuntur, M. Luccionius in sua Veritate Morali *cap. 8. qu. 1. art. 2. n. 7.* innuere videatur, ni fallor, Confessarium hoc non posse; eò quia, stante suo iudicio probabiliori, nequeat concipere aliud subjectivè probabile conforme iudicio pœnitentis. At licet verum sit, quòd cum iudicio subjectivè probabiliori nequeat stare aliud subjectivè minus probabile, cum contradictoria sint; attamen Confessor potest suum directum iudicium deferere, & solum reflexum de certà oppositâ opinionis probabilitate concipere, ut egregiè M. Sotus paulò antè citatus, ut pœnitenti consulat, & ne eum in casu tam obvio, & passim occurrente sine absolutione dimittat: iterumque redibit argumentum, quòd Thomistæ à solis Thomistis, Scotistæ à solis Scotistis, quibus propriæ suæ Scholæ opiniones probabiliores sunt, absolvi poterunt. Quin nullus Probabilista à Probabiliorista, nullus Probabiliorista à Probabilista absolvi poterit, cum sint contrariis sententiis addicti; nam Probabiliorista affirmat legem sequendi probabilis, quam Probabilista negat; Probabilista affirmat licentiam sequendi minus probabile, quam Probabiliorista negat. Igitur bellum erit perpetuum inter Confessores, & pœnitentes; nam pœnitens est ritè dispositus; ergo habet jus, ut à Sacerdote absolvatur: ergo peccabit Confessor, auditis saltem peccatis, cum non absolvens, quoties pœnitens sequitur opinionem suo iudicio, sive certò probabilem, sive certò probabiliorem, et si Confessori ea opinio videatur minus, certò tamen probabilis.

N.
169.

Neque verò M. Luccionius liberat se ab instantiâ, quam sibi ipsi *num. 24.* objicit: Si enim Confessor potest sequi minus tutam in conspectu tutoris, cur non minus probabilem in conspectu probabilioris? Non, inquam, se ab hac instantiâ liberat dicendo, quòd minus probabile ad probabilis non ita se habeat, ac minus tutum ad tutius, eò

quia tutum ad tutius se habent ut duo diversa; at probabile ad probabilis ut duo adversa. At quomodo hoc probat? Nam probabilitas maior non tollit minorem, ut sæpe docuimus, non minus ac maior securitas, juxta Luccionium, non tollit minorem.

Porro an Confessor, auditis peccatis, teneatur sub mortali ex iustitiâ, & charitate, absolvere pœnitentem; quæstio est inter TT. agitata: aliqui enim sub mortali Confessorem obligant, si pœnitens mortalia confessus est: ita P. Suar. P. Sanch. P. Bresserius, P. Palao, & alii, qui dicunt gravem irrogari pœnitenti injuriam, si ei ritè confesso, & disposito negetur absolutio: alij cum P. Vafqu. & Bossio *l. c. §. 24. à n. 234. ad 249.* & alijs, peccari tantum sub veniali, etsi pœnitens mortalia confessus foret. Ego in hac materiâ stare volo pro pœnitete. Quid enim pœnitenti in Lege Evangelicâ magis arduum, quàm se accusare coram homine de mortalibus, iisque sæpe gravissimis, quæ summam pariunt erubescentiam, præsertim cum passim ob erubescentiam nobis ingentiam occurrant sacrilegæ ob silentii culpam confessiones, quæ hanc summam confitendi proprias culpas difficultatem ostendunt? Contra quid Confessori facilius, quàm pœnitenti, ut supponimus, rectè disposito, sequenti classicas, & authenticas sententias, et si Confessori minus probabiles; quid, inquam, Confessori facilius, quam tali pœnitenti absolutionem impertiri? Peccabit ergo mortaliter Confessor, qui, auditis mortalibus à pœnitente sibi declaratis, negabit in tali casu absolutionem. Sanè vellem, ut qui negant absolvi posse à Confessore pœnitentem oppositum opinantem, se in peremptorio perituræ vitæ termino constituerent, & quidem omni sensu destituti, ita ut vel non nisi leve doloris signum darent. Peto ab his, an inter mortis, & probabilium inter Theologos opinionum, angustias, de quibus satis erit percurrere quæstiones, quas P. Moya *in tom. 1. tr. 3. disp. 6.* latissimè tractat, absolvi vellet à Probabilista, an potius sine absolutione decedere, fundati in aliquorū Anti-Probabilioristarum opinione, & Luccionii sententiâ negante Confessorem absolvere posse pœnitentem sequentem opinionem oppositam? Hoc autem tantò magis urget, quòd opiniones aliquæ judicatæ à Theologis pietate magis, quàm ratione probabiles, locum habere in mortis articulo asserant. Talis est opinio asserens moribundum, qui nullum omnino doloris signum dedit, posse saltem sub conditione absolvi, si Christianè vixerit, immò et si Christianè non vixerit.

Quæ opinio, si rationes perpendantur, nullam solidam habet; si pietas, & Christiana charitas aliquam habet; melius enim est ei misero aliquam subvenire, præsertim cum longe maius sit periculum æternæ salutis, ad quod vitandum charitas obligat, quam stare pro frustratione Sacramenti; consequenter hæc magis pia sententia neutiquam deferenda. Vid. Card. de Lugo *disp. 14. de Pœnit.* P. Hurt. de Sacram. *disp. 1. diff. 11.* Pontium in *Curfu Theol. decif. 46. conclus. 4.* & plurimos alios, quos citat, & luculenter probat P. Moya *tom. 1. tr. 3. d. 6. qu. 4. per totam*, & Bossius *l.c. n. 241.*

Alter corollarii pars patet ex supradictis: quomodo enim licitè absolvet Confessarius iudicans pœnitentis opinionem esse certo moraliter falsam, & improbabilem? Quod enim ea sit pœnitenti certo probabilis, facit quidem, ut hic sit absolutione dignus, non tamen à Confessario iudicante se absolvere non posse; eo modo quo, quod Superior aliquid sibi visum certo moraliter bonum præcipiat, facit quidem, ut licitè præcipere possit, at non facit, ut subditus, iudicans eandem rem præceptam esse certo moraliter malam, teneatur, aut possit, stante hoc iudicio de malitiâ rei præceptæ sibi moraliter certo, possit, inquam, licitè obedire. Ergo talis Confessor, stante iudicio de certâ improbabilitate opinionis, quam sequitur pœnitens, iudicans eam certo probabilem, non potest licitè talem pœnitentem absolvere.

§. II.

Reliqua.

S U M M A R I U M.

Non licet remittere petentem consilium ad Doctores, quorum opinionem Confessor putat certo improbabilem, n. 172.
 DD. *ibid.*
 Cur? n. 173.
 Si Confessor non sit certus de improbabilitate, sed prudenter formidet, potest remittere, n. 174.
 DD. *ibid.*
 Confessores studiosè quasi a pœnitentibus, ut ad horum placitum respondeant, malâ fide quaruntur, n. 175.
 Veritas malis hominibus invisâ, *ib.*
 Casus Regis Achab, *ib.*
 Apostolus vocat Magistros prurientes, *ib.*
 Nemo Doctor, Magister, aut Theologus tenetur sub mortali, aut veniali, inter incertè vera docere probabilis sibi, n. 176.
 Palanco vult obligari saltem sub veniali; cur? n. 177.

Si sub culpâ tenerentur, nemo voverè, aut jurare posset se secuturum semper Divi Thomæ, aut Scoti doctrinam, n. 178.
Palanco vult jurari tantum se non discessuros à tali opinione. Impugno, n. 179.
Non tenentur, ne quidem sub veniali, Magistri, & Theologi, ut inter incertè vera doceant sibi probabilis, n. 180.
*Tenentur docere verum, si est certum: & quærere prius veritatem, *ib.**
*Si veritas non sit certa, tenentur docere aliquam ex certè probabilibus, *ib.**
*DD. *ibid.**
Cathedrarum institutio inutilissima, n. 181.
*Tridentinum toto conatu promovet Seminaria, Scholasteria, Theologales Cathedras, *ib.**
Magister docens certo probabile, docet verum; quomodo? n. 182.
*An Cathedratici destinati in alicujus Doctoris Cathedram mortaliter peccent, si eam doctrinam non doceant? *ib.**
Magistri cavere debent, ne sequantur opiniones in vitia proclives: & ne inter certè probabiles numerent improbabiles, n. 183.
Magistri omittentes docere probabilis, docendo certè probabile, docent verum, n. 184.

Tertium est, in nullo casu licitum esse, N. 172.
 persistentibus iisdem circumstantiis, vel sequi, vel consulere, vel remittere consulentem ad Doctores, quorum opinionem remittens, & consulens, certè, & evidenter putat improbabilem. Ita ferè omnes Theologi, inter quos P. Faber in *Dialogo primo* de Opin. Probabili, & P. Moya *tom. 2. tr. 1. qu. 3. à n. 17. & à n. 31.* ostendens à Machado *tom. 1. Discursu practico de Opin. Probab. Hispano idiomate exarato art. 6. & 7.* infidelissimè citatos pro suâ sententiâ plures Nostros, & ex omni aliâ Scholâ Theologos, nemo enim stat pro ejus opinione, quin ad oculum pro oppositâ.
 Ratio est patens; quia cum certissimo de alienæ opinionis improbabilitate iudicio, N. 173.
 quod non nisi illicitè deponi potest; si enim licitè deponi potest, non est evidens de improbabilitate; stare nequit dictamen de licentiâ operationis. Rursus quia Doctor consultus iudicat intra se, quod certo peccet, qui tali opinioni certo improbabili se conformat; ergo nequit illum ad alios remittere, semper enim scienter cooperabitur, immo causâ erit, ut alter peccet materialiter.
 Verum quidem est contingere, ut nos re- N. 174.
 flectentes magis ad ejus nostri iudicii certitudinem, experiamur sepe nos posse de ea dubitare, ponderatis præsertim rationibus, & Doctoribus oppositis, autoritate, scientiâ,

P. Fab.
 P. M. y.
 Machado

entiâ, & pietate notis: eo autem ipso, quod titubare incipio, non sum amplius certus de improbabilitate opinionis alienæ; & in eo casu remittere possum consulentem, & pœnitentem ad DD. oppositos. Hoc ipsum prudenter monet P. D. Thyrs. *disp. 14. num. 138.*

P. Thyrs. Palanco. M. Tap. C. de Lugo. P. Moy. Palanco *qu. 36. n. 28.* M. Tapia *tom. 1. lib. 1. qu. 8. art. 1.* P. Sanch. *lib. 1. Sum. cap. 9. n. 74.* Card. de Lugo de Pœnit. *disp. 22. sect. 2. n. 46.* P. Moya *tom. 2. tr. 1. qu. 3. per totam*, qui n. 31. ait: Certissimum cenſeo, Doctorem consultum, qui eâ evidentiâ cognoscit rem illicitam esse, ut nequeat hoc iudicium deponere, nullatenus posse remittere consulentem ad Doctores alios contrariam opinionem tuentes. Hæc P. Moya; nam ut rectè

P. Faber rectè monet P. Faber *l. c.* tunc tantum postum remittere, cum possum deponere meum iudicium de improbabilitate, & formare certum de probabilitate opinionis oppositæ. Plura de his, & aliis similibus dubiis passim T. T. Scholastici, & Morales.

N. Hoc unum summâ animadversione dignum iudico, quod alibi notavi, ne malâ fide, ut plerumque accidit, quærantur Confessores pro placito, approbantes, & reprobantes, quæ pœnitentes approbari, aut reprobari desiderant: nam similes pœnitentes, ut rectè M. Tapia *l. c.* magis commodum, quàm conscientiam quærunt; & illis applicari meo iudicio potest illud Apostoli ad Timot. *cap. 4. Erit tempus, cum sanam doctrinam non sustinebunt, sed ad sua desideria coacerabunt sibi Magistros, prurientes auribus, & à veritate quidem auditum avertent, ad fabulas autem convertentur.* Celebris sanè Historia est, quæ *lib. 3. Regum 22.* refertur de Rege Achab, qui oderat verum Prophetam, quia prophetabat ei semper malum, & numquam bonum; quare non nisi plurimos falsos prophetas audiebat, at infelicissimo vitæ suæ temporalis, & æternæ dispendio. Legatur P. Sanch. *lib. 1. Sum. cap. 9. n. 24.* P. Palao, Boffius *part. 1. tit. 1. §. 22. a n. 218.* sed cum attentione legantur, quia cum maximâ cautelâ loquantur.

N. Quartum est, nullum Magistrum, Doctorem, aut Theologum teneri, nec sub mortali, nec sub veniali, inter certò probabilia sequi, aut docere id, quod sibi probabilius videtur. Dico *probabilius*, non dico tutius: sæpe enim distinxit probabilis à tutiori; hoc enim sumitur à distantia peccati, illud à maiori rationis cum vero connexionem. Ita opinio obligans, ne nocte fumatur collatio, est tutior, eam enim sequendo non violabo, ne quidem materialiter, jejunii legem; non tamen est probabilior. Cum ergo finis Ma-

gistrorum sit veritas, hinc non nisi de sola inter certò probabilia obligatione, eorum est dubium.

Scio Palancum *qu. 39.* religiosum æque, ac acutum Modernum contendere, quòd Magistri saltem sub veniali teneantur ad probabilis: tum quia, inquit, deficerent suo fini; tum quia tallerent discipulos graviter, si res esset gravis, leviter, si levis. Scio eum dicere, quòd emittentes iuramentum de sequendo semper ex. gr. Divo Thomâ, non jurent se omnem Divi Thomæ secutores; sed tantum se non discituros à D. Th. Et quòd Præfidentes discipulis oppositas opiniones tuentibus, nec doceant, nec asserant, nec eas opiniones defendant.

Hæc, & alia scio Palancum docere, eaque N. fuscè impugnaveram, modò tamen pauca rem agam. Si enim Magistri sub veniali saltem tenentur inter certò probabilia ad probabilis, sequitur, quòd illicitum erit emittere votum, aut iuramentum de sequendo semper aliquo Doctore, ex. gr. Divo Thomâ. taliter enim jurans, juraret se venialiter peccaturum; cum enim aliqua Divi Thomæ opinio videri possit juranti minus probabilis, (cur non?) sit autem culpa venialis, juxta Palancum, sequi minus probabile, eo ipso juraret se venialiter peccaturum. Idem dico de Præfidentibus, qui defendunt oppositas opiniones, dum discipulis oppositæ doctrinæ assunt. Idem de Cathedralicis, ex. gr. Cathedræ Durandi: vel enim isti tuentur opiniones Durandi ut absolute veras, vel ut probabilis veras; vel ut minus probabiles, aut nullo modo veras? Si ut non probabiles, aut minus probabiliter veras; ergo ex Cathedralium institutione, & ex suo munere obligantur peccare venialiter, (quod nemo dicet;) obligantur enim ex datâ responsione tueri Durandi doctrinam, illis minus probabiliter veram, aut non probabilem. Si ut absolute, aut probabilis veras; hoc est certò falsum, cum iisdem Cathedralicis opiniones Durandi sæpe sint minus probabiles.

Porro quòd Palanco ait de iuramento, nempe jurantes jurare tantum se non discituros ab opinione Divi Thomæ, non vero se docturos, & secutores omnem Divi Thomæ opinionem, non subsistit. Primò, quia tale iuramentum est parum honorificum Divo Thomæ; est enim nec approbare, nec reprobare Divi Thomæ opinionem. Secundò, quia sepe est chimericum, & obligans ad peccatum: fac enim, ut adfit necessitas operandi, & Divi Thomæ opinio appareat minus vera juranti: ecce jurans peccabit, si eam sequatur, est enim culpa sequi minus veram;

veram; & peccabit, si eam non sequatur, quia vi juramenti tenetur non recedere à Divi Thomæ opinione. Tertio, quia longè magis honoratur D. Thomas dicendo, me vi juramenti obligari sequi omnem Divi Th. opinionem, etsi mihi minùs probabilem: sic enim omnem Divi Thomæ opinionem sequi semper possum, quàm hanc extensionem negando; sæpe enim eam sequi non potero. Quarto, quia si juramentum non extendatur ad minùs probabilem, sæpe recedere debebo ab opinione Divi Thomæ. Omitto, quæ Palancus refert in Divi Thomæ commendationem, ejus enim opiniones tantùm commendare nequit, quantum eas veneror: rursum, quæ idem Palancus contra P. Terillum congerit, cùm solutio satis obvia sit.

N. Dico non esse de obligatione Magistri, aut Theologi nec sub mortali, nec sub veniali, esto sit de maiori perfectione, ut inter incertò vera, certò tamen probabilia, doceant quod est sibi probabilis. Sed de obligatione Magistri esse, ut serio inquirant veritatem, qua manente incertà, serio examinent certam probabilitatem; adeo ut sub culpà, five gravi, five levi, prout materia est, teneantur numquam docere certò falsa, aut parùm probabilia, aut singularia, sed semper ad ea, quæ ipsi sunt certo vera; non autem ut inter certò probabilia classicis Doctoribus teneantur docere probabilis. Loquor de Magistris tractantibus fidei, & morum materiam, ne sine fructu digrediar ad illos, qui alias scientias, ex. gr. Mathematicam, docent. Nosstram conclusionem sustinent, etsi clausulis aliquibus limitatam, quæ tamen subintelliguntur, plerique T. T. cum P. Sanch. *l. c. cap. 9. n. 26.* P. Palao *l. c. p. 3.* P. Bressi, *n. 7.* P. Bresser de *Conf. lib. 3. cap. 6.* P. Frag. Fragos. de Regim. Reipub. Christianæ *part. 2. lib. 4. disp. 10. n. 203.* P. Teril. *qu. 10. n. 6. & qu. 23.* Bossius *l. c. part. 1. tit. 1. §. 22. n. 211.* Neusser *disp. 2. 15.* & alij.

N. 181. Suppono tanquam certum Cathedralarum, & Academiarum institutionem esse in Ecclesia Dei utilissimam, & necessariam, ut M. Passer. *tom. 2. de Statibus Hominum qu. 188. n. 1103.* P. Mendo de Jure Academico, Neusser *d. 215.* & alij contra Wiclefium à Concilio Constantiensi damnatum *sessione 8.* qui docuit Magisteria à Papa, & Episcopis vanà Gentilitate introducta æquè Ecclesiæ prodesse, ac diabolium. Porro hodie soli Papæ convenire facultatem erigendi Academiæ, est indubitatum, etsi in Germaniâ consensus Cæsaris communiter accedat. Hinc sapienter Tridentinum, supposità Ecclesiæ necessitate, ne Magistri

desint, *sess. 23. de Reform.* obligat singulas Cathedrales pro suarum facultatum modo Seminarium pro erudiendis pueris institueret; quin Innoc. III. ut in Ecclesiis Cathedralibus, & Collegiatis Magister idoneus à Prælo cum Capitulo eligeretur, qui Clericos instrueret in Grammaticâ, & Theologus, qui Sacerdotes Sacras litteras doceret, nec non alia ad curam animarum spectantia. Immo ab Innocentio III. in eodem Concilio Lateranensi statutum, ut à Capitulo proventus assignarentur. Idem mandat Tridentinum *sess. 25. cap. 1.* Quare hodie factum est, ne multiplicentur expensæ, ut talia munia conferantur alicui ex Capitularibus, unde prodire Scholasteriæ, Canonicatus Doctorales, & Theologales, & Pœnitentarii. De quibus vid. Garziam de Benef. *part. 5. cap. 4. n. 100.* & P. Leurenium *tom. 1. part. 2. qu. 705.*

Probo corollarium. Primò, quia onus intolerandum, & sæpe impossibile imponeretur Magistris, si semper ad probabilis tenerentur, ob rationes sæpe ponderatas. Secundò, quia docendo minùs, certò tamen probabile apud classicos DD. adhuc docent verum: etsi enim non doceant veritatem de rei naturâ, (ea enim veritas logica manet, ut suppono, incertà) docent tamen certam veritatem de Probabilitate, & nihil docent certò falsum. Quamvis autem ea probabilitas veri sit minor, est tamen certò vera probabilitas: ergo tales Magistri munus suum implent. Tertio, quia hoc suadet oppositarum Cathedralium praxis, & oppositè Scholæ Discipulis Præidentes, tuentes minùs sibi probabilem: quæ praxis ostendit hoc esse absolutè licitum: ergo, seclusà omni aliâ obligatione, juramenti, voti, aut contractus, possunt Magistri, seu graduati docere omnem opinionem re ipsâ verè probabilem, ut rectè P. Mendo *l. c. lib. 2. qu. 2.* P. Med. Dixi, seclusà aliâ obligatione; nam certum Graduatos in Cathedralibus alicujus Cathedralis destinatos peccare mortaliter, ait Neusser *d. 215. qu. 15.* nisi tradant sententias Doctoris, cujus Cathedralis designantur, dummodo ea doctrina sit certò probabilis; quia idcirco illæ Cathedralis sunt institutæ, & stipendia dantur. Ex quo principio plura infert dictus Neusser *l. c. legenda;* inter quæ, quod Dominicanus, qui ex suo statuto proficitur se Divi Thomæ discipulum, & Scotista Scoti, non possit sine peccato, nisi exercitii causâ id fiat, non sequi, & non defendere sui Præceptoris sententias; etenim suæ professioni non responderet, & quasi perfidus miles sua castra delereret.

N.
182.
Bossius.

Concludo cum Bossio *l. c.* Caveant tamen Magistri à novis, minusque tutis, & minus probabilibus opinionibus, præsertim illis, quæ laxant habenas cupiditati, & vitii, & à paucis, iisque minoris fame Doctoribus approbatis. Immo caveant, dico ego, ne inter certò probabiles numerent, quæ tales non sunt, ut sepe contingit; illa enim sola, ut dixi, est certò præctice probabilis, seu in materiâ liciti, (nam in materiâ validi nulla probabilitas, aut probabilioritas facta est)

quæ à gravibus oppositis Doctoribus examinata, ab utrisque asseritur ut præctice probabilis.

Ad Palanci rationes facilis est solutio; dixi enim quando Magistri possint docere certò probabile, omisso probabiliori, nempe quæ certè veritas examinata manet sub opinionibus. Rursus dixi, quòd docendo certò probabile doceant verum; nam docent illud ut verum; & ipsam probabilitatem docent ut certam. Nec discipulos fallunt.



TRA.